

7

3

SELECTA

BR63

.D8

1876-77

v.1

c.1

010 043



1080021817

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

SELECTA

NOVA

EX PATRIBUS LATINIS.

EXARATÆ

DE EIS QUAS IN LUCEM DEDIT

M. FR. DUBNER,

ET

CUM ALIQUIBUS EORUM

NOTIS EXORNATÆ

TOM. PRIM.

AD NOST. SEM. USUM

F

LEON.

I N TIPHOGRAPHIA J. M. MONZON

M. DCCCLXXVI.

46415



BR63

.D8

1876-77

v. 1

c. 1

HE



FONTE NO
VALVERDE Y BELLEZ

PROEMIUM.

Dicere solebat vetus quidam philosophus, familiam meam antepono mihi, patriam familiae, genus humanum patriae. Verus philosophus addere debet rebus omnibus, Deum antepono et super omnia diligo; siquidem ad civilem aliamque societatem ullum principium vim habere non potest nisi accedat quoque divinae obligationis motivum, licet enim aliqui esse possent rarioris meliorisque indolis homines qui ad societatis utilitatem, sui ipsius amorem obtemperent, experientia tamen quotidiana notum est, quam unice sese diligant, plerique homines suntque non cives boni, neque ullo modo alii, sibi que vere boni. Ad hoc enim societatis principium tantam vim habere debet, ut magnam hominum partem in suo officio continere possit ac debeat. Ad hoc autem quis dubitare possit efficaces esse cognitiones quae ab initio à Sanctis patribus sunt traditae, et in praesenti opere positae, et ideo ad juniore erudiendos aptae. In his, solide erga Deum, homines et seipsum officia inculcantur, sine quibus societas corrui; si enim tollitur obligatio divinae voluntatis, jam quolibet criminum genere sese inquinare homines, dummodo criminis notam et poenam possent effugere; si enim negligenda est

010043

IV.

virtus seu hominum moralitas, jam non solum de virtute et ratione, sed de universa eorum societate, atque felicitate desperandum est, et conclamandum, quid actum erit.

Deus homines suae miseriae et felicitatis capaces effecit, illam autem felicitatem non quae in fluxis caducisque bonis posita est, sed in veris et numquam perituris bonis sanctaeque vitae divitiis, quarum principia abunde in his selectis inveniuntur et quarum utilitas jam perspicua est. Etenim si dum Deus timemus, aeternaque exhortescimus supplicia, peccamus tamen, terraque implent pro dolor! tot criminum genera, quid si nulla morum regula, vindictae nulus timor? Jam invidiae homines tormentum agitat ira, odio, bello exardescunt omnia, undique caedes, undique flagitia. Nullusque fere beata et felice vita frui poterit, nisi ad hoc sit aliquod impulsus hominum facultatibus, itaque ex ipsa hominum natura, manifeste consequitur supremam necessariamque legem naturalem atque divinam, homines populosque omnes habere, ut ipsos in suo officio contineant, et vere beatos efficiant. Necessitatem hanc confitentur ipsi perversissimi, quoque morum doctores seu potius corruptores. Hoc persuasum nobis fuit, simul et intentio, ut in latinitate juniores nostros versentur, cum in lucem eddere rursus, has patrum selectas decrevimus, et en, hujus nostrae editionae ratio.

CATECHISMUM

SANCTI AGUSTINI.

QUOD MODUM BREVEM, ALIQUEM RUSTICUM
ERUDIENDI OSTENDIT; PROUT SIC LOCI,
TEMPORISQUE CIRCUNSTANTIAE POSTULANT.

1. Faciamus aliquem venisse ad nos, qui vult esse christianus, et de genere quidem idiotarum [1] non tamen rusticorum, sed urbanorum, quales apud Carthaginem plures experiri te necesse est; interrogatum etiam utrum propter vitae praesentis aliquod commodum, an propter requiem quae post hanc vitam speratur, christianus esse desiderat. Propter futuram requiem, res-

(1) IDIOTA, hoc verbum, hominem absque instructione denotat, quicumque ille sit et ubicumque moret.